medicamento noluerint, ad illum ignem de quo di-
cit apostolus: Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per
ignem. Sicut iam dictum est, uenire non poterunt. Sed
magis illam duram et inreuocabilem sentenci-
am audituri sunt: Discedite a me maledicti
in ignem aeternum. Et ideo qui et ab ista perpe-
tua pena et ab illa purgatorio deside-
rant liberare. Capitalia crimina non ad-
mittant. Aut si ea commiserint, fructuosa
penitencia agant. Et illa parua autem cotidi-
ana peccata bonis operibus redimere non
desistant. quibus tamen minuta peccata redi-
mantur plenius insinuare desidero. Si in-
firmos uisitamus. In carcere requirimus. Dis-
cordes ad concordiam reuocamus. Indicto in ec-
clesia ieiunia ieiunamus. Hospitibus pedes
abluimus. Ad uigilias frequentius conueni-
mus. non sine dolore implebimur illut quod dicit
apostolus: si cuius opus arserit, detrimentum pa-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_216/0222